

## Confessionū

## Liber X

Oratio Augustini pro matre sua  
de fratre

tibi gaudens gratias ago: nunc pro peccatis matris mee deprecor: te exaudi me pro medicinā vulnerū nostrorū que pendit in ligno: et sedens ad dexterā tuā te interpellat pro nobis. Scio misericorditer operam: et ex corde dimisisse debita debito: tibi suis: dimitte illi et tu debita sua. si qua etiā petrarit pro tot annos post aquā salutis. Dimitte dñe: dimitte obsecro. ne intres curia in iudiciū. Superaltet misericordia iudiciū: quoniam eloquia tua vera sunt: et promissisti misericordiā misericordibus. Quod ut essent tu dedisti eis. quod misereberis cui miserus eris: et misericordiā prestabis cui misericors fueris. Et credo iam feceris quod te rogo. sed voluntaria oris mei approba dñe. Magis illa imminente die resolutionis sue: non cogitavit suū corpus sumptuose pretegi: aut condiri aromatibus: aut monumētū electū concipiuit: aut curavit sepulcrū patriū. Non ista mādavit nobis: sed tantūmodo memoriā sui ad altare tuū fieri desideravit: cui nulli diei premissione seruierat: vñ sciret dispensari vicinā scām: qua deletū est cyrographū quod erat petrarū nobis: qua triumphat est hostis: cōputans delicta nra et qurens quid obijciat: et nihil inueniens in illo in quod vincimus. Quis ei refundet innocentē sanguinē? Quis ei restituet precium quo nos emit: vt nos auferat ei. Ad cuius precij nostri sacm. ligauit ancilla tua aniam suā vinculo fidei. Nemo a ptectione tua dirūpat eā. Non se interponat nec vi. nec insidijs leo et draco. Neque enī mēdebit illa nihil se debere ne cōiunctat et obrineat ab accusatore callido: sed mēdebit dimissa debita sua ab eo cui nemo reddet quod pro nobis debens reddidit. Sic ergo in pace cū viro ante quē nulli et post quem nulli nūpra est: cui seruiuit fructū tibi afferēs cū tolerantia. vt eū quoque lucraret tibi. Et inspira dñe deus meus: inspira suis tuis fratribus meis filiis tuis: dñis meis: quibus et corde et voce et lris seruis: vt quot quot hec legerint meminerint ad altare tuū monice famule tue cū patricio quondā eius ptingere: quoz carnē introduxisti me in hanc vitā: quē admodū nescio. Meminerint cū affectu pio parentū me

orū in hac luce transitoria: et fratrum meorum sub te patre in matre catholica: et cuius um meorum in eterna hierusalē: cui suspirat pegrinatio populi tui ab exitu vsque ad reditū: vt quod a me illa poposcit extremū: vberis ei preestet in multorum orationibus tā pro confessionibus quam pro orationibus meas.

Explicit liber nonus.  
Incipit decimus.

## Dgnoscaz

te cognitor meus: cognoscaz te sicut et a te cognitus sum. Virras anie mee. intra in eam et coapta tibi vt habeas: possideas sine macula et ruga. Nec est mea spes: ideo loquor et in ea spe gaudeo: quando sanū gaudeo. Terera vero vite huius tanto minus stenda quanto magis stetur et tanto magis stenda quanto minus stetur in eis. Ecce enim veritate dilexisti: quoniam quod facit eā venit ad lucē. Volo eā facere in corde meo coram te in professione: in stilo aut meo coram multis te stibus. Et tibi quidem dñe cuius oculi nuda est abyssus humane psciētie. quod occultus esset in me etiā si nolles cōfiteri tibi. Te enim mihi absconderē. non me tibi. Nunc autem quod gemitus meus testis est displicere me mihi. tu refuges et places: et amaris et desideraris: vt erubescā de me et abijciāz me atque eligam: terz nec tibi nec mihi placeā nisi de te. Tibi ergo dñe manifestus suis quocumque sim. et quod fructu tibi cōfitear dixi. Neque enim id ago vobis carnis et vocibus: sed vobis anie et clamore cogitationis: quē nouit auris tua. Cum enim malus suis: nihil est aliud cōfiteri tibi quam displicere mihi. Quā vero pius. nihil est aliud cōfiteri tibi quam hoc non tribuere mihi: quoniam tu dñe benedicis iustis: sed peccatorum cum iustificatione impiorum. Confessio itaque mea deus meus in cōspectu tuo tibi tacite stetur: non tacite. Tacet enim strepitus: clamat affectus. Neque enim dico recti aliquid hominibus quod non a me tu prius audieris: aut etiam tu aliquid tale audies a me quod non mihi tu